



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica  
Recapitvatio**

**Molanus, Johannes**

**Dvaci, 1616**

Octaua Iunij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9477**

## Octaua Junij.

*De sancto Medardo episcopo Nouiomensi.  
Ex officio episcopalis ecclesiae Nouiomensis.*

**S**Vessonis, natalis sancti MEDARDI, episcopi Nouiomensis, qui quanti fuerit meriti ostensum est cum in eius obitu cœli aperti sunt, atque ante eum diuina micuerunt luininaria. Fuit hic vir permagna sanctitatis, & à pueritia miraculis clarus. Viromandensem præsulatum, multimodis precibus fatigatus, regendum suscepit. Errat autem tunc episcopalibus hæc ciuitas à Wandalis & Hunnis destructa: ideoque veritis iterandam barbarorum irruptionem, sedem transtulit Nouiomum, eo quod castrum sive munitio habereatur. Cumque ecclesiam eo in loco feliciter gubernat, moritur sanctus Eleutherius episcopus Tornacensis ecclesiae, quem puer futurum esse prædixerat episcopum. Post ciuius exequias peracto triduano ieiunio, & solennibus hostiarum victimis Deo deuotè oblatis, ab omnibus Medardus pontifex Tornacensis est electus.

In quam electionem Rex, & proceres, & Episcopi comprouinciales consenserunt. Legerant enim vocem populi, vocem esse Dei. Itaque tandem victus consensit, atque tam Pontificali quam Regali auctoritate duas illas ecclesias vnam fecit, honore tamen cathedrali utrique permanente. Et mox Flandrenium gentem ferocem, per quindecim annorum spatium, ad diuinum cultum informare indefiniter elaborauit: eosque non sine multo labore, incredulos & infideles, ad fidem educauit catholicam.

Catholicam. Obdormiuit anno quingentesimo  
quinquagesimo sexto, eiusque corpus Clotarius  
Rex lugentibus filiis eripuit, & suis humeris sustin-  
lit, Suesonis sepeliendum, ubi super ipsum basili-  
cam cœnobialem decenter ædificauit: quam ob  
amorem sancti Medardi Gregorius amplissimis  
privilegijs exornauit. Natalis est die octaua Iu-  
nij, quo die vitam eius virtutibus pleniam, ut est  
in Bedæ Martyrologio, conscriptam habet tomus  
tertius Surij, eandem videlicet, quam per Octa-  
uas legit Nouiomensis ecclesia.

*Lib. 12. epis.  
folia 32.*

### Vndecima die Iunij.

**10.** *De sancto Remberto Flandro, e-  
piscopo Hamburgensi.*

*Ex historia apud Surium, & Albertum Crantum  
Hamburgensem.*

**B**eræ, sancti REMBERTI archiepiscopi &  
confessoris. Qui natione fuit Flander. Cùm  
enim sanctus Anscharius in Thorolto monaste-  
rio moraretur, vedit inter pueros in ecclesia  
grauiiter se gerentem Deo dilectum Rembertum  
quem consentientibus parentibus, in prædicta  
cella seu monasterio nutriendum, & scholaсти-  
cis disciplinis imbuendum commendauit. Ac  
deinde è schola dimissum, individuum suæ lega-  
tionis comitem habuit & in episcopatu successo-  
rem. Prophetico enim spiritu, quo plenus erat,  
longè ante prædictum, eum sibi in pontificali ca-  
thedra successorum, & gratia meritorum in cœ-  
lesti regno fore consortem. Erat autem sanctus  
Rember-